

cilio Reinensi. Anno sequenti pacem conciliavit inter canonicos ac monachos Virtudenses, ex Rapinate pagina 260, et adfuit concilio Bellovac., in quo actum de canonizatione sancti Arnulfi Suessionensis episcopi: prædicatur autem in Actis concilii hujus a Lisiardo Suessionensi ut *columna doctorum*; imo laudatur a sancto Bernardo ut *episcopus sanctus et doctus*. Dicitur quoque in Chronico Maurigniacensi *Cononis Prænestini episcopi et apostolicæ sedis legati auxiliator magnus, qui sublimes scholas rexerat, et tunc zelum Dei habens super omnes episcopos totius Galliae, divinarum Scripturarum scientia fulgebat*. Verum post multa ecclesiæ concessa altaria excessit e vivis anno 1121, id est 1122, vel xv Kalend. Februarii. ex schedis Ecclesiæ Catalaunensis et Necro-

logio monasterii Molismensis, vel viii Kalend. Februarii. ex Necrologio Sancti Victoris Parisiensis, sepultusque est apud Claram vallam in sacello quod suis ipse expensis extruxerat. Vulgaris opinio est, eum in extremis monasticum habitum suscepisse; quod Manricus incertum putat. De iis que scripsit Rupertius Tuitiensis tam in eum quam in Aoselimum Laudunensem, lege Mabilionem, Annal. Bened. tom. V, pag. 623. Tractatus quem scripsit ipse de communione sub unica aut sub utraque specie insigne fragmentum habes in actis SS. Bened. tom. III, præfat. pag. 53. Tractatum autem brevem De origine animæ apud Marten., Anecdot. tom. V, pag. 879.

DE SACRAMENTO ALTARIS.

(FRAGMENTUM.)

(Edidit dom. MABILLON. in Actis SS. ord. S. Bened., tom. III, præf., p. lxxi, ex codice Cheminonensi.)

De perceptione Eucharistiae diversi quidem usus sunt secundum aliquas causas, sed res eadem. Quod enim panis intinctus prohibitus est accipi, ex frivila causa fuit, scilicet pro buccella intincta quam Dominus Iudeæ ad distinctionem porrexit; tamen cum fide bonum est. Item quod utraque species per se accipitur, eo sit ut memoria corporis quod in cruce visibiliter peperdit, et memoria sanguinis, qui cum aqua de latere fluxit, arctius teneatur et quasi presentetur. Tamen sciendum quod qui alteram speciem accipit, totum Christum accipit. Non enim accipitur Christus membratum vel paulatim, sed totus vel in utraque specie, vel in altera. Unde et infantilis mox baptizatis solus calix datur, quia pane uti non possunt, et in calice totum Christum accipiunt. Daudus autem est calix eis, quia, sicut non potest ad vitam quis ingredi sine baptismio, ita nec sine hoc vitali viatico.

(1) Haec fusius retuli, tum quod ea non cuivis obvia esse possint, tum quod inde manifestum sit communionem sub utraque specie duravisse ad sacramentum usque duodecimum. Siquidem Guillelmus de

B *Et post quosdam versus:* Quod ergo dicitur utramque speciem oppertere accipi, heresis plane est. Quamvis utraque sacramenta ibi sint secundum fractionem, et odorem, et calorem, et saporem, tamen in utraque specie totus est Christus, qui post resurrectionem quidem ex toto est invisibilis, impassibilis, indivisibilis: ita ut nec sanguis sine carne, nec caro sine sanguine, nec utrumque sine anima humana, nec tota humana natura sine Verbo Dei sibi personaliter coniuncta. Et ideo licet in altera specie totus sumatur; tamen pro causa predicta sacramentum utriusque speciei ab Ecclesia immutabiliter retinetur. Sunt enim in Ecclesia sacramenta quæ mutari licet: ut de aqua baptismi, de his speciebus, de oleo consecrationis (1).

Campellis obiit anno centesimo vicesimo primo supra millesimum; quo etiam tempore panis intinctus vulgo communicantibus porrigebatur. **MABILL.**

CHARTA GUILLELMI DE CAMPELLIS.

(Anno 1120.)

[Annales du diocèse de Châlons, par le P. RAPINE, pag. 260.]

In nomine sanctæ et individuae Trinitatis, GUIL-
LELMUS, Catalaunensis episcopus.

D Pacis et concordie quanta sit virtus, ex eo pa-
tenter agnoscimus, quod pacis turbatores et semi-